

LEPHONA



Ioh: Angelii
WERDENHAGEN

I. C. C.

Vniuersalis
Introductio in
omnes

RESPUBLICAS

sive

POLITICA GENERALIS

Amstelodami,
Apud Iohannem Janssoniensem
Anno. 1652.





ANGELII faciem si vis novisse JOHANNIS;
WERDAGIDVM docere, hoc, cornu, in effigie.

Auctor Crumenarius Iam Magdalen.

IOHAN. ANGELII
WERDENHAGEN I. C. C.

In Universalem Rerumpubl.
introductionem sive Doctrinæ
Politicæ Synopsis
Proæmion

*De notatione Politicæ, & quo-
duplex hæc Doctrina sit, quæq; ejus
dispositio, cognitionisque vera
aptatio sive adequatio.*

Quæstionibus omnia expedituntur.

1. *Politice quale Nomen?*

 St Græcum, quod ἡπείρος id est civitate, quæ effectum Reipubl. exprimit, derivatur, &c inde usum suū & communi vulgariterque approbato sermone, maximè tamen ad auctoritatem Divini Platonis. obtinuit, quam ille, optimus Auctor inter Græcos, insignes 10 libros πολιτείαν sive de Républ conscripsit, qui à paucis rectè intelliguntur & cognoscuntur.

2. *Quid proinde denotat Politica?*

Comprehendit & denotat certainam Doctrinam sive systema, ex quo mortales omnes sive multitudo

A universa

M. STAT. BVSCHERI
Theolog. Hannov.

P A R A N E S I S E X I M I A.

Monstrans egregiè quàm tur-
piter Christianismus cū Eth-
nicismo in educatione juve-
nili commisceatur , cui me-
dicinam in tempore justam
anxius quærit.

Christiano Lectori.

SIC V T omnibus hominibus hæc
meta unicè præfixa esse debet , ut
à maximo malo : in quo bærent ad
sumnum bonum transferantur . id est
à peccato ad iustitiam , à miseria ad bea-
titudinem , à diabolo ad Deum ; Ita in
scholis Lector optime , ceu officinis
proprii hominis boni id unum præci-
puè spectandum , & agendum est , ut Se-
xilis adhuc ætas per peccatum à Deo
unico & vero bono separata , ad malum
vero proclivis , & adamantino nexu cū
ipso devincta , ad Deum omnis boni fon-
tem , abnegato & excusso peccato re-
ducatur .

Huc directæ erant ex Dei mandato in
Ecclesia